reliquo corpore ¶ Et dixit ypo quod
balneare in plpleuria supple et pleure
si iuuatiuum est quam in acutis febribus
et in hys verbis innuit quod competit in
acutis febribus ¶ Et gal' dixit quod balne
acio est valde iuuatiua in pipleumatis
et planreticis pipleumaticis quidem quia
adiuuat ad screandum humores retentos
in pulmone Et pleureticis quia sedebat
dolorem que habent Et dixit ypo balneum
multo conuenientius est ptisana cum fere
sumentibus quam qui accipiunt solum succum
quibus tamen conuenire videtur quam et multi
minus conueniens est hys qui solo potu die
tantur ¶ Et gal' dixit quod ypo dabat pti
sanam sed cum tota fere eius quorum febris est
quieta et quorum dispositio est deterior per
duas dietas et est eorum febris acutior
utebatur potibus tantum Et precepit ut p
tisana apud maturitatem quia in hac
hora est vsus balneationis absque ti
more quoniam adiuuat iuuamento mag
no ad screandum humores retentos in
pectore et pulmone Et in eo cuius dis
positio est hec dispositio et consuetudo eius
currit cum vsu balneationis tunc non p
hibet aliquid quoniam in eo administretur
de balneatione secundum duplum ¶ Et dixit
gal' manifestum est quia oportet ut vtatur
balneo post euacuationem corporis siccans
vlir quod balneatio si administratur ante
euacuationem corporis attrahit ad loca que
sunt sub ypocundrys mundificatis ¶ Et si fiat post
euacuationem corporis adiuuat ad ma
turationem Et iuuamentum quidem balne
ationis quando administratur in hora sua
est in egritudinibus in quibus possi
bile est vti ea in toto corpore Et propter
hoc cum sit iuuamentum per eam in hac
febre ad mentem Cum febris non habuit
aliquid neque aliquid sed prohibens ab
ea Et in febribus factis de colera ci
trina tamen que ebullit in corpore quoniam
signa maturationis eius apparent tunc
iuuamentum per balneationem in eis est
multum Et quoniam febris adurens est de
flate salso putrefacto tunc balneum
est nociuum et contrarium valde eo quod hu
mor flaticus non resoluitur per balne
um sicut resoluitur colera quoniam est grossus
sus viscosus et eius caliditas non
extinguitur neque extinctionem suscipi
pit quam mediocris maturatione spacio
longo ¶ Et ex dictis patet conclusiones
que prohibet balneum aque dulcis
calide fieri in febribus et etiam ille
que ipsum expetunt et consentiunt Nunc
autem dicendum est particularius in qui
bus conuenit febribus ¶ Secundum est

quod prima domus balnei de qua et similiter qua
nullo modo prestat competit in febre ethica
per accidens tamen competere possent ut quando
per viam in digestionis multiplicati essent
in ethicis fumi capitosi ledentes
qui per introitum in primas domorum re
soluerentur ¶ 2a autem domus omni fe
bri potest competere et effimere et ethice
et humorali si debite balneatio facta
fuit ¶ 3a vero domus potest competere in
aliqua effimera et in ethica in fla
tia ut apparebit ¶ 4a domus potest
conuenire in aqua effimera et in ali
qua putrida ¶ Dixit gal' xi° te
rapeutice tres intentiones debere habere
in balneis que in omnibus febribus
fiunt ¶ Vna si sine horrore factum
fuit ¶ 2a si nulla principalium parti
cularum imbecillis extitit ¶ 3a si non
multitudo crudorum humorum fuit per
primas venas Nam horror si ipse
dixit x° terapeutice non solum augere
eas que iam sunt febres sed et genera
re quoque eas que non sunt apta na
tus est imbecillitas vero particula
rum effusos humores suscipere apta est
magis antea quam effundat ¶ Mul
titudo vero crudorum humorum si per p
rimas venas in totum recipitur cor
pus sed nullo sudatorum trium im
pediente ¶ Dixit Gal' duo lucra
bitur patientes scilicet euacuari superfluita
tem humorum et transpirari multum ca
lidis febribus Et dixit quod si nulla
principalium particularum imbecillis fuit
aliqua vero non principalis sit im
becillis ut in podagra pedes
in artetica vniuersi articuli corpo
ris maxima vtilitas ex balneo erit
ad salutem febris sed illis particul'
imbecillibus non Nam affluent quoque
ex eis balneis influere imbecillibus
particul' superfluitas in effimeris febribus
non prohibetur balneum propter debilitatem
virtutis sed bene prohibetur quando esset
timor casus eius in putrida Cum
enim timetur ne effimera transeat
in putridam a balneatione est abstine
dum ¶ Non enim oportet dixit auicenna
ut balneum deuitet effimera nisi
qui habet eam ex opilatione nam
balneatio febrem generat putridam
Et si qui patitur eam ex nausea
tiua sacietate aut ex bubone ti
metur enim in eis ne humores bal
neo moti in putredinem veniant
¶ Amplius de balneo in effimeris
dicetur in propriis earum capitulis In ethi
cis vero febribus dixit auicenna primo

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs224/0102
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg